

er ea: Quod quidem dyadema completum in se noue coronas prerogatiuas et dignitates regales super omnes. Prima corona et dignitas fuit quia uirgo concepit eum et peperit non ex uirili semine sed mystico spiramine uirtutis spiritus sancti. Secunda fuit quia corpus suum in primo instanti perfecte organizatum fuit. Tercia quia uir perfectus in utero matris secundum illud hieremias circumdabit uirum. Quarta corona fuit quia matris integritate non violauit nec in conceptu nec in partu sicut nec sol uirum. Vbi nota quod uirgo potest concipere sed non parere. Quinta quia fuit personaliter deificata quia idem fuit persona filii dei per eternam generationem et matris per incarnationem. Sexta quia habuit omnem scientiam et omnium rerum ubi nota quod proficit in scientia et quomodo. Septima quia nunquam peccauit. Et si maria similiter non peccauit tamen concepta in originali fuit. Octaua quia habuit potentiam omnium creaturarum sed mortuos suscitandi et commutandi. Nona corona et dignitas est quia fuit comprehensor et beatus ab instanti conceptionis sicut nunc. Has nouem coronas ad instructionem nostram moraliter adoptando dicere possumus quod non est aliquis homo nec fuit a principio mundi qui aliquam earum attigerit nec aliquis nostrum non potest ad aliquam earum attingere poterit tamen quilibet nostrum singula earum participatione attingere manibus intando uidelicet vestigia operum pueri nostri christi uerbi gratia. De prima corona que est conceptio sua uirginalis hoc participare possumus ut quilibet nostrum uirginitatem suam per statum suum potest promissum est illibata custodit atque conseruet. De secunda corona et tertia hoc trahere possumus et si non in instanti perfecti fieri possumus saltem quantum ad perfectionem possumus redam. De quarta corona hanc periculum trahere possumus quod in uentre et ecclesiam sanctam cui in baptismo incorporati sumus integram et illibatam in de et operibus quantum possumus conseruemus. De quinta corona hoc participare possumus quod nos essentialiter dei esse non possumus ipsi tamen deo nos uoluntate et actione quantum possumus conformem ut de nobis perficitur illud per. Ego dixi dei estis. De sexta corona participare possumus quod si non omnem scientiam hic habere possumus saltem ad acquirendas scientias pietatis per studium et auditionem uerbi dei quantum possumus diligenter insistam. De septima corona periculum hanc accipere possumus quod si non possumus ab omni peccato immunes esse saltem a peccatis

quantum possumus nobis cauere. De octaua corona hanc periculum trahere possumus quod spiritus noster dominet carnem nostram et omnibus naturis et creaturis in quantum instigat nos ad illicita contra deum. De nona corona que uidelicet puer iste comprehensor ab instanti conceptionis sue incipit participare possumus cum apostolo paulo ut si iam non accepimus aut perfecti sumus in cognitione dei sequamur ut si quomodo apprehendamus in quo comprehensum sumus a pro heli phis. Iharum coronarum omnium nos participare faciat puer hodie natus rex noster qui eos in caritate suo dignissime et propitissime gestauit et gestat regnans per infinita secula seculorum amen.

• ffr •

## Sermo secundus.

**A**d me dictum est uerbum absconditum. Job. iij. A. Omnia que secreta ac mystice partibus nostris apparuerunt siue per ipsos facta sunt similiter diuinitatis filii dei figure fuerunt secundum augustinum de trinitate. Unde in eodem. iij. c. dicit factum quippe creaturam per quam facta est omnis creatura omnem creaturam testem habere oportebat nisi enim multis missis predicaretur unus non multis diuinitatis teneret unus et nisi talia essent testimonio que uis magna uiderent esse non crederet ut magnum fieret magnum qui ad paruus missus est paruus. Incapabiliter maiora filii dei facta sunt celum et terra et omnia que in eis sunt quia per ipsum facta sunt omnia causa signa atque potentia que in eius testimonio praeperant. Sed cum homines ut haec magna per eum facta paruus crederent illa prae tangere magna tenerunt. Hec augustinus. Volens igitur humana natura post multam clamorone in longam expectatione ostendere uerbum diuinitatis per quod omnia incarnata sunt incarnatum et humanum esse et ad se uenisse dicit ad me dictum est etc. In quibus uerbis tria notantur. Primo praefertur diuini uerbi aduentus inatus ubi ad me. Secundo aduentus adueniendi modus ubi dictum est uerbum. Tercio subiungitur adueniendi status ubi abscondit. Primo dico praefertur diuini uerbi aduentus inatus ubi ad me quod humana in cuius persona dicuntur uerba ad me diuinitatem ostensum est cum effectu ita quod mihi iunctus et unicus est deus. Nam sicut deus primum hominem non de genere alicuius creauit sed de limo terre formauit. Ita